



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

86. An Regularis approbatus in una Diœcesi possit ubique locoru[m]
confessiones audire? Ex p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

3. Ni obsta contra esto el Concilio Tridentino, que en la *sess. 23. cap. 15.* determina que ningun Regular oya Confesiones de Seglares, ni sea tenido por idoneo para ellas, *nisi ab Episcopo approbationem obtineat.* Luego si el Concilio manda, que alcancen aprovacion de los Obispos, determina, que no basta la de vno solo? A lo qual respondo, que aquella palabra, *Episcopus*, no se toma, ni se puede entender alli *collectivè*, esto es, que sean menester muchos Obispos para la aprovacion en cada Dicesis sino solo *distributivè*, esto es, que de los Obispos que ay en las Iglesias, alcance del vno, ò del otro dellas el Regular la aprovacion: como quando las leyes disponen, que los Letrados, y Medicos no puedan abogar, ni curar, sino solo los que estuvieren graduados por las Universidades. no se han de entender *collectivè*, esto es, que esten graduados por muchas Universidades, sino *distributivè*, esto es, cada vno de alguna Universidad. De todo lo dicho se colige, que como los Regulares (como dicho es) reciben la jurisdiccion inmediatamente del Sumo Pontifice, aunque los Obispos les revocquen las licencias de confesar, si estan ya aprovados por vno Obispo, podrán confesar Seglares: porque despues de la primera aprovacion, los dichos Señores Obispos no les pueden quitar la facultad de confesar Seglares; porque omnis res per quacumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, como dize la regla del derecho: y supuesto que el Sumo Pontifice de la jurisdiccion a los Seglares, el solo se la puede quitar.

4. Sea la quarta conclusion ann. caso que el dicho privilegio de Clemente VIII. fuera contrario al Concilio Tridentino (lo qual, como dexo provado arriba, no es assi) pudieran los Regulares en el fuero de la conciencia, hendo aprovados vna vez por algun Obispo, confesar en qualquiera Dicesis, mientras el Obispo della no revoca las licencias de los que no estan aprovados por el. Esta conclusion es expressa del Padre Fr. Manuel Rodriguez, *quæst. 59.*

art. 7. num. 1. y de todos los que llevan, que los Privilegios de los Regulares, contrarios al Concilio Tridentino, no estan revocados en el fuero de la conciencia; y los quales citamos en la *question 19. Seleccion*, sobre el *capitulo 6. de la Regla*, en el *numero 33.* Luego en el dicho fuero esta en su ser el dicho Privilegio de Clemente VIII. y por el consiguiente se puede vsar del. Dixe mientras que el Obispo Diocesano no revoca las licencias: porque como advierte el Padre Fr. Manuel en el fin del dicho *articulo septimo*, no tiendra lugar el vsò deste privilegio, aun en el fuero de la conciencia, si el Obispo revocasse las licencias, y aprovaciones a los Regulares, si fuera verdad, que el dicho Privilegio fuera contrario al Concilio Tridentino: porque el fuero della conciencia, supone en quanto a la Iglesia, y fuero exterior, que no ay prohibicion alguna, ò revocacion de la aprovacion, que pertenece al fuero exterior, y que sin esta no se puede confesar, aunque la administracion del Sacramento de la Penitencia sea acto del fuero de la conciencia.] Hucusque Leandro de *Sacramentis*, *tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst. 66.* quorum sententiam probabilem ipse putat; nam contrariam quam tenet vocat tantum probabiliozem; quod valde miror: nam citat ibi Decretum Urbani VIII. quo supposito non debet amplius affirmativam sententiam tanquam probabilem admittere.

5. Sed novissimè de hac questione puto non esse amplius dubitandum stante Breui Sanctissimi D. N.

Innocentij X. in causa Angipolitana jurisdictionis in Indiis Occidentalibus novæ Hispaniæ, impresso Romæ anno 1648. Cum itaque, in dicto Breui Pontifex ad nonum dubium respondeat Regulares in vna Dicesi approbatos nequaquam posse in alia Dicesi confessiones audire sine approbatione Episcopi Dicesani, sequitur affirmativam sententiam Leandri de Murcia, & aliorum, non posse amplius sequi, nec probabilem vocari, cum aperte pugnet contra Pontificiam Declarationem, quam Pontifex innuabiliter, vt patet ex verbis Bullæ, cum clausula, & Decreto irritanti, obseruari mandat. Et quidem etiam seculo Breui Sanctissimi D. N. Innocentij, stante Decreto Urbani VIII. Ego supradictæ sententiæ adherere non poteram, & mecum sentiebat Eminentiissimus Lugo de *Pæni. disput. 20. num. 29.* & alij Doctores, quos alibi adduxeram, quibus addo Toreblancam, *lib. 1. 4. pract. cap. 2. num. 6. 10. & 11.* Granadam in *3. part. contr. 7. tract. 10. dist. 5. sect. 2. num. 12.* & alios. Vnde rectè dixit novissimè Pater Martinus de S. Joseph, in *Mor. Confessor. tom. 2. lib. 1. tractat. 2. 4. de Penitentia, num. 8.* [El Sacerdote aprobado por vn Ordinario no puede confesar en otros Obispados, sin nueva aprovacion: Assi lo determinò Urbano VIII. en el año de 1628. revocando todos los privilegios, y las licencias de oyr confessiones, sin aprobacion de los Obispos Diocesanos. Con que en caso que aya Decreto del Pontifice, cessa la opinion antes probable de Henriquez, *lib. 6. de Pæni. cap. 6. num. 7. de Egidio disput. 8. dub. 8. num. 57.* Y de otros que afirmaron, que baltava la aprobacion de vn Obispo, para confesar en todo el mundo, porque no pedia mas el Concilio Tridentino; si bien es verdad que no hè villo autentica esta Declaration, y Decreto de Urbano VIII.] Ita ille. Sed Decretum Urbani VIII. adesse, non est dubitandum, & hodie vt diximus cessat omnis difficultas, stante Bulla Innocentij X. Ergo, &c.

RESOL. LXXXVI.

An Regularis approbatus in vna Dicesi possit ubique locorum confessiones audire? Ex part. 1. tract. 2. & Misc. 2. Refol. 11.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam tanquam probabilem admittit Bruno Chaffain de *Privi. leg. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 2. propos. 2.* Supponit enim jurisdictionem audiendi confessiones Regulari concessam à Papa, non ab Episcopo impartiri ergo semel absolutè impartita, & accepta, perpetuo manet, vbi cumque Regularis existat; nec apparet ratio, cur potius ad hunc, quam ad alium Episcopatum concessa sit, cum non maior requiratur idoneitas in vno, quam in alio. Deinde Constitutio Clementis VIII. illud concedit, vt habetur in *Comp. Præsentat. vil. Mendic. vers. Absolutio quoad seculares, l. 16. in hunc modum: Concedit, quòd confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis (vt moris est præsentari) post vnâ præsentationem non teneantur amplius præsentari, etiam si ad aliam transferint Dicesim. Quam concessionem interpretatur Corduba in *annot. ad dictam Compend.* vt non tantum illam intelligat de eadem Dicesi (sicut propriè non potest intelligi) sed etiam de quacumque alia, ad quam se transtulerit moraturus ad tempus, vel in perpetuum: sed jam censetur semper, & vbi que præsentatus. Ratio illius Doctoris est quoniam*

Sup hoc infra in Refol. 126. & 252. § Quarta, & in Ref. 255. §. Sed non, propè finem, vers. Ex his Pellizzarius, & in tom. 2. tit. 5. Ref. 88. § Qui etiam inter mediis & finem, à vers. An dicta privilegia. Sed legem per tot.

quoniam Papa concedentis intentio, conformis est imperantis intentioni, si abest dolus malus. Quod autem ea fuerit Pontificis intentio, ut ubique profectus, constat ex eo, quod iam antea concedente Eugenio IV. senel in vna Diocesi presentatus, ad eam rediens, liber erat ab iterata presentatione: Imò etiam idem Eugenius concedit eam facultatem eidem Minoribus, ut habetur citato Compendio, his verbis: Concessit confessoris Fratrum Minorum, quod quando non possint commodè se presentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint vti plenariè auctoritate Episcopali. Ergo Clemens VIII. aliquid superaddidit, alioquin illud priuilegium nihil operaretur. Superaddidit ergo extensionem admissio- nis ad omnes Dioceses. Accedit, quod priuilegium Principis absolute concessum non debet restringi; sed late, ut verba sonant, interpretari, ut sapius diximus: ergo cum verba prefate Constitutionis absolute pronuntiantur, suntque vniuersalia absolute, & vniuersaliter per respectum ad omnes Dioceses sunt intelligenda.

2. Nec hoc est contra Tridentinum vbi viget, quoniam decernit dumtaxat, quod Confessarius approbatus ab Episcopo: quod cum sit onus, & odiosum, debet restringi quantum fieri potest, & de vna sola approbatione intelligi. Responso hæc confirmatur; quoniam si Episcopi in Tridentino congregati voluissent subicere Regulares pluribus approbationibus, illud sine dubio expressis terminis pronuntiauerunt, cum de illorum iure ageretur: quod cum non fecerint, aduersus eisdem est interpretatio faciendâ iuxta Regulam iuris in 6. Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio faciendâ. Adiunge præmissis, quod Tridentinum non requirit absolute approbationem Episcopi, sed vt quis sit Parochus, aut alias idoneus iudicetur: Vnde sicut multi graues Doctores existimant, approbationem Parochi, aut vniuersitatis sufficere; quidni etiam vnus Episcopi approbatio, seu admissio pro omnibus Diocesis? Nec obicitur, illud verbum, iudicetur, ad Episcopi iudicium referendum cum multi ad iudicium aliorum illud referant, ac proinde sit res dubia; quæ cum sit in iuris antiqui odium, iuxta illud interpretanda est, ac ex consequenti in fauorem Regularis, cum illud ius in fauorem illius conditum sit, vt iudicium in hoc feratur conformiter ad Regulam 30. iuris citati: videlicet, In obscuris minimum est sequendum, id est, quod in obscuris, & dubiis iuxta Glossam, quæ ad hoc duo exempla ponit, minima obligatio est sequenda: cum autem magis obliget Regularem quod ipsius idoneitas debeat ab omnibus Episcopis iudicari, idem minor obligatio, ad illam iudicandam, est pro illa sequenda; ac proinde, quod sufficiat vnus Episcopi iudicium.

3. Nec opponas secundò, quod dicitur in Tridentino, videlicet Approbationem debere fieri ab Episcopis, quoniam per hoc nihil aliud intendit, nisi quod vnus ab vno, & alius ab alio Episcopo approbetur; non autem quod vnus approbetur à multis.

4. Non obicitur tertio, Declarationes Cardinalium in contrarium huius veritatis; quoniam præter quod in hac materia inter se vix conciliari possunt, cum pugnare videantur, sunt tantum sententiæ Doctorum, non habentes vim legis, ac sic non possunt leges priuatas tollere; quocirca standum iuri antiquo, & verbis Tridentini iuxta illud ius interpretari, & priuilegiis à Sede Apostolica concessis, quæ sic vt supra decernunt. Et huius sententiæ sunt

Tom. VII.

Cellotius de Regular. in Hierarch. inuisit. lib. 5. cap. 25. cum multis aliis quos refert Diana part. 2. tractat. 4. de Sacram. resolutione 110. Huculique Pater Bruno.

5. Sed ego Cellotium alibi satis impugnauit, & ideò sententiam Bruni puto non esse admittendam, quia vt optimè & late obseruat Suarez tom. 4. disput. 28. sect. 6. & acriter Valquez quest. 93. art. 3. dub. 4. reducit approbationem requisitam à Concilio ad meram ceremoniam, si sufficiat pro toto mundo approbatio vnus Episcopi, quicumque ille sit, & quilibet Episcopus posset omnes Sacerdotes totius mundi approbare. Vnde apponam hic verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis Lugo de Pœnitent. disputat. 21. sect. 2. num. 29. vbi sic ait: Cæterum quicquid sit de huius sententiæ probabilitate tempore præterito, nunc iam non videtur posse vllum habere locum post decretum Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. editum anno 1628. quo reuocauit omnia priuilegia, & licentias audiendi confessiones sine approbatione ab Episcopis Diocesanis, & absque examine facto ab Ordinario; & si quæ erant priuilegia contraria cuiuslibet Ordinis, vel Congregationis omninò abtulit. Huc vsque Cardinalis Lugo. Et ideò sententia Bruni hodie tamquam probabilis minimè potest sustineri, non solum propter dictum Decretum Urbani VIII. à Lugo alatum, & à nostro Patre Peregrino in Compend. Priuileg. ver. Absolutio quoad seculares, §. 1. in scholio, in quo apponitur clausula, Non obstante quouis indulto à Sede Apostolica concesso; sed propter nouissimum Breue Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitana Iurisdictionis, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 14. Maij 1648. & postea confirmatum die 27. Maij anno 1653. & intinatum Reuerendissimo Generali Societatis Ies. v. Vnde ex Responso noua supradicti Breuis, apparet opinionem quam supra Pater Bruno tanquam probabilem docuit, non posse hodie amplius sustineri, est enim contra Decreta duorum summorum Pontificum Urbani VIII. & Innocentij X.

Quæ nunc est in co. r. R. 12. & Alibi signa. ter in R. 2. not. 1. huius Ref.

RESOL. LXXXVII.

An Prelati Regularium possint sine approbatione Ordinarij audire secularium confessiones?

Et an Sacerdotes simplices sine licentia, & approbatione Episcopi possint absolueri non solum peccata venialia, & mortalia alias rite confessâ, sed etiam peccata mortalia in confessione oblita?

Et an Equites Dini Ioannis, Dini Iacobi, Alcantare, Calatrauz, &c. vtpote veri Religiosi possint peccata confiteri cum simplici Sacerdote non approbato ab Episcopo? Ex part. 2. tract. 16. & Milc. 2. Ref. 44. alias 46.

§. 1. * **N**egatiuam sententiam, & meritò tenet Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 28. sect. 4. numero 21. Rodriguez in Bulla Cruc. §. 9. dub. 1. m. 4. & alij.

* Sup. hoc supra in Ref. 69 §. Tertius, & infra in R. 33. §. 2. & signatæ 3. & in tom. I. r. 3. R. 24. §. 1. & in tom. 3. r. 1. Ref. 39. §. Quintus casus, &c.

2. Sed hic non reticeam contrarium docere Henriquez lib. de indulgentiis cap. 12. numero 3. in glossa littera R. vbi citat Mancium, Gallum, Medinam, & Bañez. Id etiam docet nouissimè, contra Suarez, Ioannes Valernus in differentiis vtriusque fori, ver. nullitas, diff. 5. numero 3. vbi asserit, Prælatos Religionum, vt sunt Priores, Guardiani, Ministri, & similes, licet non habeant approbationem, &

F 2 licentiam